UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

**Nicolaus <de Plove>**

**Argentine, 22. XI. 1494 - 1495**

D[omi]nica secu[n]da post trinitat[is].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31214**

Visual Library

Non cōtriſtabit iuſtuʒ quicq̄d ei acciderit.
Et Prouer.x. Labia iuſtoꝝ cōſiderāt pla
cita ſcʒ deo. et os impioꝝ ꝑuerſa. In ſignū
huius Lazarus hic pacienter tulit vlcera
Nec ſtultū quid contra deū aut diuitē lo/
cutus eſt. ſed cupiebat ſolū micis ſaturari.
De diuite d̄r ꝙ nihil aduerſitatis ferre vo
luit. ſed induebatᷣ purpura et byſſo. ꝛ epu/
labatur quotidie. id eſt. ſingulis diebꝫ. ita
ꝙ nec vnam dieʒ in ſeptimana ieiunabat.
Quia ergo ita differūt in meritis igitᷣ etiā
differre merito debent in p̄miis. vnde ne
diues ſit melioꝛ xp̄o quē oportuit pati. et
ita intrare in gloriam Luce vltio. Et ſan/
cti nō niſi per multas tribulatōes intraue
rūt regnum. iuſte de delicijs vadit ad ſup/
plicium. Quia ſm̄ Bamfredū. nō itur ad
aſtra delicijs. Ne ꝟo Lazar⁹ ſit deterioꝛ i/
ter eos qui ſufferūt temptatiōes. et cū pro
bati fuerint accipiēt coronā vite quam re/
promiſit eis deus Jaco. p̄mo. ideo de tri/
bulatiōibus vadit ad cōſolationem. vt ſic
vtrobiqꝫ ſm̄ diuinā iuſtiſſimaʒ equitatem
nullū malum maneat impunitū. et nulluʒ
bonū irremuneratū. et impleatᷣ illud Ma
rie dictum. Eſurientes impleuit bonis et
diuites dimiſit inanes. Nos ḡ ꝛc̄.

¶ Dn̄ica ſecūda poſt trinitatꝭ. I
Sermo. LXXXVI

## Homo quidam fe

b cit cenam magnaʒ et vocauit mul
tos. Luce. xiiij. Om̄ vt ait beatiſ/
ſim⁹ Bern̄. in li. de diligēdo deū caplo. v.
Deus oīa fecit ꝓpter ſemetip̄m. ad h̄ videlʒ
vt factura ſeſe q̄nqꝫ conformaret creatori
ſuo. vnde om̄ia de⁹ fecit ꝛ creauit ꝓpt hoīeʒ
deditqꝫ ei in dominiū. iuxta illud p̄s. Oia
ſubiecisti ſub pedibꝫ ei⁹. Ad h̄ vicʒ vt ꝑ iſta
deū amaret et eū ꝯſequeretᷣ. Sed ecce hō
cum in honoꝛe eſſet nō intellexit cōparat⁹
eſt iumētis inſipiētibꝫ. q̄ honoꝛe ſuo oblita
nūqꝫ celeſtia recoꝛdantᷣ. ſed ſemꝑ de terre/
nis cogitant. vt carnis curā tm̄ faciāt i de/
ſiderijs. Vn̄ factū eſt ꝙ ex deprauatiōe ꝑ/
uerſe volūtatis hō neglecta dulcedīe diui
ne bonitatꝭ totū ſe amaritudini h⁹ ſc̄li im/
merſit. ꝯcupiāʒ carnis ꝛ ocl'oꝝ aut ſupbiā
vite piīꝭ ingrendo. vt q̄uis multꝭ ꝛ varijs
dei internūcijs iam vicʒ inſtinctu naturalis
rōnis q̄ ſemꝑ ad optima depcatᷣ. iam crea/
turaꝝ ſpecioſitate. iaʒ ꝓphetico clamore ad
ſeip̄m reuocare conat⁹ eſt. vt obmiſſis hu/
ius ſeculi oblectamentis fallacibꝫ ad cenā
ſibi diuinit⁹ p̄paratā oīm delectatōne ſua/
uitatū refertā rediret. nichilominus mala
malis cumulās multipliciter hō ip̄e miſe/
rabilis renitebatᷣ. ꝯfingēdo excuſatōes in
peccatis. Sed ne tanta creatᷣa finaliter a
tantis delicijs deficeret vbi venit plenitu
do tp̄is miſit de⁹ filiū ſuū in mundū ad vo
candū inuitatos. Veꝝ qꝛ ip̄e dei filius re/
greſſur⁹ erat ad p̄rēm. idō miſit ſuos ſuos
hoꝛa cene vt vocarēt multos. que fuerunt
ꝟba nr̄i thematꝭ. vt dicit euāgeliū. In qbꝫ
ꝟbis tria ꝓponuntᷣ q̄ cenam magnā magni
dei cōmendant ꝛ attollūt. Primo itaqꝫ de
ſcribitᷣ facientis hāc cenā excellētiſſima et
ſingularis dignitas. quia homo quidam.
Secūdo ſubiūgitᷣ eiuſdem liberaliſſima
curialis largitas. quia fecit cenā magnaʒ.
Tertio ſub infertᷣ cōuiuaꝝ ml'tiplicitas ge/
neralis. quia vocauit multos.

## Dixi p̄mo ¶ A ¶

ꝙ hāc cenā com
mendat excellētiſſima et ſingularis digni
tas facientis. Quis enī facit eam niſi de⁹
deoꝝ dn̄s. Qui licet d̄r h̄ homo. eſt tn̄ dn̄s
dominantiū. et rex regum. Et licet ſit de⁹
tn̄ ſe appellat hominē. et licet ſit hō non eſt
tn̄ homo cōmunis ꝛ ꝯtēptibilis vt alij. ſed
certe ſingularis ꝛ venerabilis. q̄a quidam
Unus enī eſt ꝛ ſcōm nō habet ſibi ſimileʒ
Eſt ḡ deus homo q̄diu ſum⁹ in hac vita
grē. Om̄ia enī manſuetiſſime ꝛ gratioſiſſi
me facit ſic hō cum hoīe. ideo dicitᷣ homo.
Circa q̄d ſciendu ꝙ in p̄nti vita habem⁹
deū multū nobis ꝓpiciū tanqꝫ homini ho
minē. Cuius ratio eſt. quia om̄ia dulciter
diſponit. vt d̄r Sapie. viij. Quod Pſalmi
ſta ꝯfitēs ait. Quā magna multitudo dul/
cedinis tue. Ps. xxx. Certe magna multi/
tudo dulcedinis dei eſt. ſm̄ Caſſiod. ibidē.
quia multis modis indicatᷣ ſuauitas eius
Nam dulcis eſt et pius cū corrigit. dulcis
dum parcit. dulcis dum credentibꝫ p̄mia
eterna repromittit. ita dicit Caſſiod. Nos
aūt poſſumus oſtendere multos adhuc ef
fectus dulcedinis. Quoꝝ prim⁹ eſt ſm̄ In/
nocenciū. iiij. ſuꝑ ꝟbo p̄s. p̄dicto. qꝛ om̄es
generaliter recipit Mathei. xj. Venite ad
me oēs q̄ laboratis et onerati eſtis et ego
reficiaʒ vos. Hic eſt enī verus Dauid ad



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quē cōuenerūt om̄es qui erāt in anguſtia
ↄſtituti ⁊ oppreſſi ere alieno. i. pctīs obliga
ti. ſ; tñ ſi ſint amari aīo. i. ſi ſint cōtriti de
pctō fiet eoꝝ pnceps. vt dr̄. j. Reg. xxij. Se
cūdus effect⁹ diuine dulcedīs eſt. q2 inimi
cos ſuos cuſtodit. Vñ in pſona penitētiū
dixerūt filij iſrl̄ ad Dauid. p quē ſignifica
tur xp̄s. Heri ⁊ nudiuſtert⁹ dū eēt Saul
id eſt. dyabolus rex ſup nos. tu eras edu/
cens ⁊ reducēs nos. ij. Re. v. Quaſi di. Cū
eſſem⁹ in pctīs ptegebas nos. ḡ mlto forti
us cū penitētes volum⁹ ſibi ſeruire. vt dic
apl̄us ad Ro. v. Cum inimici eſſem⁹ recon
ciliati ſum⁹ deo p morte filij eius. mlto ma
gis recōciliati ſalui erim⁹ in vita ipſi⁹. Ter
tius effectus diuine pietatꝫ. q2 dat dulcedi
nem ſuā ad pguſtandū. Vñ in ps. Guſta/
te ⁊ videte qm̄ ſuauis ē dn̄s. Prouer. xxxj.
Guſtauit ⁊ vidit. qm̄ bona eſt negociatio
eius. Quart⁹ effect⁹ diuīe dulcedīs eſt. q2 a
ita cito dimittit pctā. Vñ Ezech. xviij. In
quacūqꝫ hora ingemuerit pctōr. ⁊c. et Dixi
ↄfitebor. et tu remiſiſti. Nec ſolū dimittit
ſemel aut bis ſ; q̄tienſcūqꝫ peccauerit hō
⁊ penituerit. Math. xviij. Nō dico ſepties
ſed ſeptuagies ſepties. nec ſolū dimittit ſ;
pfecte dimittit. Vñ Ezech. xviij. Omniuꝫ
iniq̄tatū eius nō recordabor amplius. In
his ḡ multꝭ effectib9 innuit mltitudo dul/
cedinis dei. ſed magnitudo eius ex ſeipſa
exp̄mi nō poteſt. Vñ nō dicit ſimplr̄ mag̃
ſed q̄ꝫ magna. q̄ſi d. ineſtimabilis. Et vere
q2 dicit apl̄us. j. Cor. ij. ⁊ Iſa. lxiiij. Ocul⁹
nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor hoīs
aſcēdit q̄ pparauit de⁹ diligentib9 ſe. Sed
cui pparauit. certe paupib9. Ps. Paraſti i
dulcedīe tua paupi de⁹. Ex q̄ igit hēm⁹ dn̄ꝫ
tā pꝛicium. tā dulcē ⁊ tā benigniſſimū meri/
to pꝛperare dēm⁹ ad cenā ſuā tāqꝫ amici pa/
tris ſui. tanqꝫ benefactoris dulciſſimi.

Dixi ſecundo q̄ in x̄. p̄. tagi
tur diuīe pietatꝫ liberaliſſima ⁊ curial' lar
gitas. q2 fecit cenā magnā. Circa q̄d ſcien/
dū q̄ triplex eſt cena. Prima ē culpe. q̄ eſt
aīaꝝ infectiua. Scd̄a eſt grē q̄ eſt aīaꝝ re/
fectiua. Tertia eſt gl̄e. q̄ eſt oīm electoꝝ ſa/
ciatiua. Prima eſt fugiēda vt venenoſa. ſe
cūda eſt amplectēda vt gr̄oſa. tertia deſide
rāda vt eternalr̄ ſolacioſa. De prima cena
ſeu cōuiuio ſciendū q̄ dyabolus mūdus
et caro faciūt cenā magnā pctōrib9. inuitā
do eos ad diuerſa pctā. ad diuitias. delici
as. et honores. Cena dyaboli ſignificat p
cenā Abſolon. ij. Re. xiij. Fecit Abſolon
ↄuiuiū q̄ſi ↄuiuiū regꝭ. Abſolon interptat
pr̄is mei amaricatio. ⁊ ſignificat dyabolū
q̄ q̄ntū in ſe eſt nitit nob p̄rēm celeſtē ama
ricare p pctm̄. Iſte facit ↄuiuiū q̄ſi regꝭ pꝛpt
nobilitatē ferculoꝝ ⁊ ſocietatē inuitatorū.
Iob. xlj. Ipe ē rex ſup oēs filios ſupbie.
Sed iſtud ↄuiuiū eſt piculoſum. q2 nō fit
cā refectōis. ſ; cā pditōis. Vñ Abſolon fe
cit illud grande ↄuiuiū vt in eo poſſꝫ occi
dere Amon frēm ſuū. Sic dyabol9 ad con
uiuiū nos inuitat p pctm̄. vt nos inebria/
tos intoxicatos occidat. Vñ Iob. j. Filij
Iob dū cōuiuarēt in domo fratris ſui p̄/
mogeniti. repente vēt⁹ vehemēs irruit a re
gione deſerti. et ↄcuſſit angulos domus ⁊
oppreſſit oēs. Dat aūt dyabolus in iſto cō
uiuio perdices iniuſticie. Perdix ſcḋm natu
rales q̄ñ pꝛpria oua pdit furat oua aliena.
vt ſuoꝝ ouoꝝ numerū reſtauret. Ita mali
dn̄i cū bona ſua p inutiles et vanas con/
ſumptiones pdiderint bona paupeꝝ aufe
rūt p iniuſtas extorſiōes. Iſto ferculo pa/
ſcunt cōmuniter negociatores q̄dā. q̄ cum
in vna re pdiderit reſtaurāt duplū in alia
carius q̄ꝫ valuiſſet vendendo eam. Iſtud
etiā nō nulli multū nobiles noīe nō re ſer
culū comedūt. q̄ eūdo ad bellum ↄſumūt
bona eccl'aꝝ. q̄ nō poſſent ſuſtentari pꝛo
pr̄ijs. Et forte ſic eſt. q2 pꝛpria in vanitatib9
ſeculi ⁊ pompa ſupbie ↄſūpſerūt. Sꝫ q̄d
accidit in Bohemia vbi laici nobiles poſt
q̄ꝫ ↄſumptis pꝛprijs inuaſerūt eccl'as. tādē
ribaldi ipoꝝ inuaſerūt eoꝝ bona ⁊ tenent
ea. Iſti faciūt ↄ illud ↄſiliū Iohānis bap
tiſte. Luc. iij. Neminē ↄcuſſeritis. ſ; ↄtēti eſto
te ſtipēdijs vr̄is. Vbi dicit Lira q̄ ſtipen
dia militū ſunt hoīes eoꝝ ſubditi dantes
a pncipib9. Cōtra iſtos dr̄ in Canone. xij.
q. ij. Nulli licet ignorare. Om̄e q̄d dn̄o cō/
ſecrat ſiue fuerit hō ſiue aīal. ſiue ager. vel
quicq̄d fuerit ſemel ↄſecratū. ſcīm ſanctoꝝ/
rū erit domino. ⁊ ad ius ptinebit ſacerdo/
tū. pꝛpter q̄d inexcuſabilis erit oīs q̄ a dn̄o
et eccl'ia cui cōpetit aufert vaſtat inuadit
vel eripit. ⁊ vſqꝫ ad emendatōem eccleſie ⁊
ſatiſfactionē vt ſacrileg⁹ iudicet. Et ſi emē
dare noluerit excōmunicet. Hec Canon.
Ad idem dr̄. xxiij. q. viij. Conuenior. Vbi
dicit Ambro. Noli gaudere imperator vt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

putes te in ea que diuiſa ſūt imperiale ius
aliquod habere. Noli te extollere petōr. ſʒ
ſi vis diutius imperare eſto deo ſubiectus
Scriptū eſt. Que ſunt dei deo. que ceſarꝭ
ceſari. Secūdo dat fercula de venatōne.
vult eñ ꝙ frater frēm venet in mortem. ſic
patuit ſupra Michee. vij. Frater fratrem
venabiꝛ vſqꝫ ad mortē. Dat etiā pauones
ſuperbie. Sicut eñ refert Aug⁹. xxj. de ci
uitate dei ca. iiij. Caro pauonis bene cocta
iteruʒ deuenit cruda ſicꝫ ipſe expert⁹ ē poſt
anni ſpaciū iam tranſactū. Sic moraliter
ſuperbia q̄ntūcunqꝫ vincatur ſemp recru/
deſcit. Unde Auguſtinus in libro de na/
tura et grā. Cetera vicia in male factꝭ p re
ualent. ſuperbia etiaʒ in recte factis eſt ca/
uenda. Iſta fercula q̄uis videantur dul/
cia. ſunt tñ nimis amara. eo ꝙ et hic et ī fu
turo amaritudinē poſt ſe relinquunt. Nā
peccatū poſt ſui perpetrationē nihil hʒ ni/
ſi remorſum ꝯſcientie. De quo Auguſtin⁹
pmo ꝯfeſſionū dicit. Juſſiſti domine et ſic
eſt vt pena ſit ſibi inordinatus anim⁹. Et
idem Aug⁹. li. de vera innocentia. libro. ix.
ca. xix. Nulle pene grauiores ſunt q̄ꝫ ꝯſciē
tie in qua nō habetur deus conſolatio nō
inuenitur. Boecius etiā. iiij. de conſolatōe
proſa. iij. dicit ꝙ ſicut probitas probis ē ſo
laciū. ita improbis nequicia eſt ſupplicium.
Ex quibꝫ infero ꝙ circūſcripta prohibiti/
one legis diuine ſcripte que peccatū vetat
ꝓpter penam eternā. Juxta illud. Anima
que peccauerit ipſa morietur Ezech. xviij.
Adhuc homo peccare non deberet propꝫ
penā temporalem. que eſt remorſus cōſcien/
tie. qua pena ſm Auguſtinū nihil eſt grau⁹
in pñti. eo ꝙ cuncti dies peccatoris mali.
Secura vero mens quaſi iuge cōuiuium
Prouer. xv. Si ergo cuncti dies mali ſūt.
ergo nulla eſt ibi requies. nulla alleuiatio
doloris. quod nō eſt inuenire in alijs do/
loribus naturalibꝫ vbi interpolatis tem/
poribus cruciatur homo. Et ex hoc infe/
ro conſequenter ꝙ remorſus cōſcientie ex
peccato eſt q̄dā mō homini pena naturali/
ter cōſequēs peccatū. Unde ſi nō eſſet lex
diuina ſcripta. adhuc remorſus conſcien/
tie ſequereꝛ ex peccato ꝓpter legem nature
Iſtud patet per illud Juuenalis libro. v.
vbi dicit. Exemplo quodcūqꝫ malum cō
mittitur ipſi diſplicet auctori. Per quē aūt
modū hoc fiat. dicit Salomon Sapiētie
xvij. Semp eñ p̄ſumit ſeua pturbata cō/
ſcientia. Quod exponit Holgoth. Preſu/
mit p̄cōcipit ſibi euentura mala penalia et
crudelia. Uñ dictat ſibi ꝙ tale pctm̄ debʒ
puniri. ꝛ illa precōceptio cauſat timorē. Et
hoc eſt verū nō ſolū de lege ſcripta vbi de/
terminata eſt certa pena vnicuiqꝫ peccato
ſed etiā ex iuſticia naturali. ſm quā cuilibꝫ
dictat ꝯſcientia om̄e malū eſſe puniendū.
quod fit aūt contra ſuperiorē aut cōtra parē
aut cōtra cōmodum ꝓprium. cuiuſmodi
eſt pctm̄ carnis. Ideo Seneca legiꝛ dixiſ
ſe. Si ſcirē homines ignoraturos ꝛ deos
ignoſcituros nollē peccare. ſcʒ ꝓpter turpi/
tudinē actus quo deformaꝛ naturalis iu/
ſticia. ꝛ ꝓpter remorſum quo cruciaꝛ ptur/
bata ꝯſciencia. ¶ C ¶ Scōm conuiuium
facit mūdus et caro. ꝛ apponūt tria fercula
ſuauiſſima. delicias. diuitias. et honores.
In q̄ cōuiuio fuerūt iſti tres de q̄bꝫ h dici
tur in euangelio. Sed iſtud cōuiuium eſt
periculoſum. qꝛ plenū veneno. Uñ Bern̄.
Periclitaꝛ caſtitas in delicijs. veritas ī di
uitijs. hūilitas in honoribꝫ. Malū eſt fer/
culū quod nō poteſt retineri diu in ventre
ad ſanitatē ſed cito euomiꝛ. Tales ſunt di
uicie. delicie. ꝛ honores Job. xx. Diuitias
quas deuorauit euomet. ꝛ de ventre eius
extrahet illas deus. Scōm cōuiuiū quod
eſt appetendū tanqꝫ refectiuū eſt cōuiuiuʒ
ſeu cena grē. quā facit de⁹ ſuis dilectꝭ ami/
cis. ꝛ ſignificaꝛ p cenam ſeu cōuiuiū Aſue/
ri regis. De quo Heſter pmo diciꝛ. Fecit
Aſuerus rex grande cōuiuiū cūctis prin/
cipibꝫ ꝛ pueris ſuis. Facit aūt iſtud cōui/
uiū vel qui ecōuerſo faciūt ſibi cōuiuium
ſicut Mathe⁹ per cōtritionē ꝛ ꝯuerſioneʒ.
Magdalena p dolorē et dilectōʒ. Zache⁹
p ſatiſfactionē. Unde dicit Gre. xxj. moral.
Dei refectio eſt cōuerſio peccatorꝭ. Sʒ vi/
deamus q̄d ſit hoc magnū cōuiuiū ſeu po
tius prandiū. vt dr̄ Math. xxij. Ecce pran
diū meū paraui. Attēdam⁹ ḡ magnitudi/
nē prandij h⁹. ꝛ inueniem⁹ liberaliſſimam
largitatē dei. Prandium hoc intelligiꝛ in/
carnatio filij dei. Uñ vocanꝛ nuptie quas
de⁹ pr̄ fecit filio ſuo qñ naturā humanā co
pulauit diuine in vno ſuppoſito. q̄ celebra/
te ſunt in vtero ꝟginali. de q̄ pceſſit xp̄s tā
q̄ꝫ ſpōſus de thalamo ſuo. Et ex his nup/
tijs pceſſerūt alie. ſcʒ ꝯiūctio xp̄i cū eccl̄a
fideliū. que celebranꝛ ꝯtinuo vſqꝫ ad cōſu/

mationē ſeculi Math. vltio. Ego vobiſcū
ſum vſqȝ ad ꝯſumatōz ſcli. Sūt autē iſte
nuptie magne. ſeu h̄ prādiū magnū q̄d fac
nobis dei filius ꝯtinue in vita grē. Primo
ꝓpter ſpōſi magnitudinē. qꝛ filiꝰ dei eſt ſpō/
ſus. q̄ ꝑ fidē ⁊ amorē nos deſpōſauit. Ozee
ij. Spōſabo te mihi in fide ⁊c̄. Sponſus
iſte eſt nobiliſſimꝰ ditiſſimꝰ quia heres vni/
uerſoꝝ. ſapiētiſſimꝰ, ꝑ quē deꝰ fecit ſcl'a. ſpe
cioſiſſimꝰ. qꝛ ſplēdoꝛ glē dei pr̄is. honora/
biliſſimꝰ. qꝛ ſedet ad dexterā dei pr̄is i ex/
celſis. Iſta om̄ia habenꝫ Hebre. j. Scd̄o
iſtud prādiū eſt magnū ꝓpter ſpōſe pulcri/
tudinē Apoc. xix. Venerūt nuptie agni. ⁊
vxoꝛ eius ꝑparauit ſe ⁊ datū eſt ei, vt ope/
riat ſe biſſino. i. iuſtificatōe virtutū. Canti
coꝝ. iiij. Tota pulcra es. ſcȝ tam in veſtibꝫ
q̄ȝ in membris. Caput ſponſe prelati. ocu/
li prouiſores et doctores. aures ꝯfeſſores
⁊ penitentiarij et iudices. nares ſponſe ma
loꝛum et bonoꝝ diſcretiones. collum cle/
rici et cantores et laudantes deum. pectꝰ
et brachia potentes et nobiles. manꝰ ope/
rarij et artifices. crura famuli et ſeruito/
res. pedes qui portant totū corpus ſuum
agricole et ruſtici. Sȝ licet xp̄s fecerit iſtā
ſpōſam pulcrā, tn̄ proch dolor hodie de/
formata eſt in multis membris. Iuxta il/
lud. Egreſſus eſt a filia ſyon om̄is decor.
Trenoꝝ p̄mo. Omnis dicit. quia de om/
nibꝫ membris aliqui deformati ſunt. Ter
tio iſtud prandium xp̄i eſt magnum ꝓpter
eius plenitudinē. Unde Heſter p̄mo dici
tur. ꝙ Aſſuerꝰ iuſſit preparari cōuiuium vbi
poſitū eſt vinū magnificentia regia dignū
Ad quod bibendū nemo cōpellebaꝫ. De/
dit etiam dona multa. Sic in cōuiuio xp̄i
gratie eſt panis et vinū corpus et ſanguis
eius. multa fercula. quia multe ſunt conſo
lationes ſpūales. Vn̄ ſm̄ diuerſitatem do
noꝝ graꝝ et cariſmatū ſpū ſſancti ita dan
tur et dona. qꝛ diuiſiōes graꝝ ſunt. Sed
notabile eſt ꝙ ad bibendū illud vinū i cō/
uiuio nemo cogebaꝫ. ſed prout quis vole/
bat bibebat. Diceres tn̄. quare nō ſic eſt in
eccl'a xp̄i vbi ſacerdotes ꝯpellūt ꝑ excōmu
nicatiōem nolētes cōicare. Rn̄deo ꝙ non
cogūt inuitos cōicare ſed excitāt eos. vt d̄
nolētibꝫ fiant volētes. ſic etiā Bern̄. dicit
de deo, tractans illud Trahe me poſt te.
Sed cōtra Augꝰ. dicit ꝯ Petilianū. xxiij.
q. v. Ad fidē ꝙ nemo cogiꝫ bn̄ facere. verū

eſt. cū coactiōe abſoluta. ſȝ bn̄ conditiona
ta. xlv. diſt. De iudeis. Et Auguſtinus in
Enchiridion. xxxvj. c. xlv. diſt. Et q̄mem/
dat. Unde dicitur ꝙ multa beneficia pre/
ſtantur inuitis. quod intellige de ſpūalibꝫ
bonis. Itē glo. xxiij. q. iiij. Nimiū inſup in
quieti dicit. Nemo ab inicio cogendus eſt
ad bonū ſed cogiꝫ aliquis pſeuerare in eo
q̄d incepit. Quarto iſtud prandiū ē mag/
nū ꝓpter vocatoꝝ multitudinē. qꝛ cōgrega
uerūt om̄s. vt d̄ꝛ Math. xxij. bonos et ma
los. Unde ſm̄ Greg. iſta vita d̄ꝛ mediū in/
ter celum et infernum. quia in inferno tm̄
mali. in celo tm̄ boni. in mundo boni ⁊ ma
li. Sūt autē mali nō vita aut merito i ec/
cleſia. ſed tm̄ numero. ſicut Iudas vnꝰ de
duodecim diſcipulis Iohā. vj. Sed quo/
modo cognoſcitur q̄ ſunt veri cōuiue xp̄i
ꝑ grām. Rn̄deo ꝑ hūilitatē. Luce. xiiij. Cū
inuitatꝰ fueris ad nuptias nō diſcumbas
in p̄mo loco. ſed in nouiſſimo. Scd̄o ꝑ ca/
ritatē Math. xxv. Que parate erāt cū lam
padibꝫ et oleo charitatis intrauerūt ad nu/
ptias. Tertio ꝑ opa ſanctitatꝭ. q̄ ſūt ſpan/
tia. caſtitas. prudētia. ⁊ ſic de alijs. q̄ intelli
gunꝫ ꝑ veſtē nuptialē Math. xxij. Ex quo
pȝ ꝙ triplices hoīes excludunꝫ ab h̄ pran
dio. ſcȝ ſupbi. immūdi. ⁊ accidioſi. Tertiū
cōuiuiū facit xp̄s in gl'a eterna. q̄d eſt anie
ſaciatiuū. ⁊ illud eſt liberaliſſimū. q̄d pȝ ex
pluribꝫ. ſcȝ ex multiplici notificatōe. ex ma
gnitudie cene ⁊ tp̄is diuturnitate. ꝯuiuaꝝ
dignitate. ferculoꝝ diuerſitate. miſtrorum
nobilitate. vocatoꝝ multitudie. ex ire mag
nitudine. ex cōpulſiōis ſeueritate. De p̄io
ſcȝ de multiplici notificatōne pȝ ꝙ auarꝰ cū
facit cenā occultat eā. deꝰ aūt vult oībꝫ notā
fieri. ⁊ ideo p̄mittit multos notificātes hāc
cenā. Talis fuit Iſaias. xxv. Qui clamās
ait longe ante te. Faciet dominꝰ conuiuiū
vindemie defecate. Item Iſa. lxiiij. Oculꝰ
nō vidit ⁊c̄. Itē filius dei clamat. Lu. xxij.
Ego diſpono vobis regnū vt edatis et bi
batis. De diuturnitate temporis huꝰ cō/
ne d̄ꝛ Iſaie. lxv. Gaudebitis et exultabitis
in ſempiternū. Et. lj. eiuſdem. Leticia ſem
piterna ſup capita ipſoꝝ. De cōuiuaꝝ dig/
nitate d̄ꝛ Gen̄. penultio. Prebebit delicias
regibꝫ. Omes q̄ ibi erūt reges Apocal. v.
Feciſti nos deo noſtro regnū et regnabi/
mus. De ferculoꝝ diuerſitate d̄ꝛ Iohā. x.
Ingrediēꝫ ſcȝ in ꝯtēplatiōe diuinitatis et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

egredief ſcʒ ad viſionē hũanitat xpi. Certe magna fercula quoꝝ vnũ ſufficeret mille mũdis Joh. xiiij. Oſtende nobis prēʒ ⁊ ſufficit nobis. Vñ Exo. xxxiij. dr Ego oſtē dā tibi oīe bonū. De nobilitate miſtrantiū dr Hebre. j. Nõ angeli ſunt oms adminiſtratoꝝ ſpūs. q̇ honorifice ducūt homines ad illam cenam. Sed miniſtrans ipe chriſtus erit ſicut promiſit Luce duodecimo Tranſiens miniſtrabit illis. Iſte non ſolum miniſtrabit. ſed vnũquēq; hortabitur affectuoſe dicēs. Comedite amici ⁊ inebriamini chariſſimi. Quod verbum tractans Bernhardus li. de diligendo deū. cap. vj. dicit. Comedite ante mortē. bibite poſt mortē. inebriamini poſt reſurrectōem Merito iam chariſſimi q̇ caritate inebriātur. Merito inebriati q̇ ad nuptias agni introduci merent. edentes et bibentes ſuper menſam illius in regno ſuo. qñ iā ſibi exhibebit glorioſam eccleſiam. nō habentem maculā neq; rugam. tunc prorſus inebriabit chariſſimos ſuos. tunc torrente voluptatis ſue eos potabit. quādoquidē amplexu ſuo artiſſimo et chariſſimo ſpōſi et ſponſe fluminis impetus letificat ciuitatem dei. quod nō aliud arbitror q̄ʒ dei filium qui tranſiens miniſtrabit. quemadmodū ipe promiſit. vt ex hociam iuſti epulentur et exultent. Hinc illa ſacietas ſine faſtidio. hinc inſaciabilis illa ſine inquietudine curioſitas. hinc eternuʒ atq; inexplebile deſideriū neſciens egeſtatem. hinc illa ſobria ebrietas non merore ingurgitans. non madens vino ſed ardens deo. Hec Bernhardus. De vocatorū multitudine huius cene patet. quia dicit ꝙ vocauit multos. Matthei. xxij. Multi em̄ ſūt vocati. ⁊c. ymo omnes. Matthei vndecio Venite ad me omnes. Quare. quia vult omnes homines ſaluos fieri. j. Thimo. ij. Nec ſolum multi. ſed etiam multis modis. vt infra patebit. De magnitudine ire q̄ iratus eſt contra nolentes venire. Prouerbioꝝ pmo. Vocaui et renuiſtis. Et ſequitur. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo. Signum magne ire in patre eſt quando ridet de malo filij. Unde licet deus cū amaritudine punit peccatores alios Iſa. primo. Heu conſolabor de inimicis meis tamen ingratos et negligentes letant puniri. Pſalmiſta. Letabitur iuſtus cum viderit vindictam. De compulſionis magnitudine patet ibi. Compelle intrare pauperes. cecos. claudos. debiles. et vnde de diuerſis locis. quia exi cito in vicos et plateas. Sic compulit intrare Paulum Actuum. ix. Sic filium prodigum Luce. xv. Quod fit quando deus d̄ nolentibus per proſpera ad eum cōuerti infert eis aduerſa. vt fiant volētes. Hoc eſt enim trahi ad iſtam cenā. ſicut dicit Bernhardus. Trahimur in tribulationibus et aduerſitatibus exercemur. Multos deus trahit per infirmitates. per damna. per diuerſas tribulationes. et precludit eis viam damnationis. Ozee ſecundo. Sepiam viam tuā ſpinis. ⁊c.

Dixi tertio ꝙ hanc cenam cōmendat conuiuarum multiplicitas generalis cum dicitur. vocauit multos. Circa q̄d ſciendum pmo que ſunt diuine vocationes. Secūdo que ſunt humane excuſationes. Tertio q̄ ſunt excuſantiū punitiones. De pmo ſciendū ꝙ deꝰ vocauit nos dupl'r. ſcʒ generaliter ⁊ ſpēaliter. Generaliter vocat nos triplicit. per verbū. per ſignum. p nunciū. Per vbū in filij ſui incarnatiōe. qñ verbū caro factū eſt Johā. j. Magna foret ruſticitas ſi rex Polonie mitteret filiū ſuū ad vocandum ad ſe aliquem pauperē ſi ɔtēneret venire. Et multo maior. ex quo deus p filiū ſuū vocauit. Unde conquerit contra eos Job xix. Seruū meū vocaui et nō reſpōdit mihi. ore pprio depcabar illū. Os dei eſt filiꝰ dei Iuxta illud Canti. j. Oſculet me oſculo oris ſui. Scdo vocauit nos xp̄us ſigno Signū illud fuit corpus ſuum extenſum in cruce et exaltatum in monte. et rubricatum proprio ſanguine. ſicut volens reclamare falconem ſtat in loco apparenti cū reclamatorio rubricato. Ita xp̄s volēs r̄clamare hominē qui euolauerat de paradiſo aſcendit montem caluarie cum latere cruentato. Sed nihilominꝰ homines ingratiſſimi nolunt redire Prouer. pmo. Vocaui et renuiſtis. extendi manꝰ meas ⁊ nō fuit qui aſpiceret. Tertio vocauit nos p nunciū. id eſt. per predicatoꝝ officiū. Unde dicitur hic ꝙ miſit ſeruū ſuū. Quem locum exponit Gregoriꝰ de predicatoribꝫ. Specialius autem vocat nos oſtenſionibus

exemplorū.promiſſionibꝫ premiorū .et per
cuſſionibꝫ flagellorꝝ. De oſtenſionibꝫ exem
plorū patet Johānis .xiij. Exemplum eñ
dedi vobis vt et vos ita faciatis. Hoc eñ
fecit per ſanctos martires.cōfeſſores . vir
gines.quorum multa milia propoſuit no/
bis in exemplum. Iſtam vocationē atten/
debat apoſtolus.qui de ſe dicit Philippē.
iij. Ea que retro ſunt obliuiſcens.et ad ea
que priora ſunt extendens meipſuꝫ ad de/
ſtinatum proſequor brauiū ſuperne voca/
tionis. De promiſſionibus premiorū pa/
tet.quia multa valde promiſit que nec ocu
lus vidit.nec auris audiuit.j. Corinth.ij.
Unde.j. Petri.iij. In hoc vocati eſtis vt
benedictionem hereditate poſſideatis .
De percuſſionibus flagellorū patet :quo/
tiens enim infirmitatibus fatigamur.to/
tiens a deo vocamur. Unde Gregoriꝰ di/
cit. Mala que nos hic premunt ad deum
ire compellunt. Sicut autem deus voca
uit homines tripliciter.ita tripliciter ſe ex
cuſant. Superbi propter ſublimitatē do/
minationis. Auari propter difficultatem
terrene occupationis. Luxurioſi propter
voluptateꝫ carnalis delectationis . Iſtos
tres ſignant illi qui ponunt in euangelio.
quorū primus dicit. Uillam emi ⁊ neceſſe
habeo exire et videre illam. Rogo te habe
me excuſatū. Scd's dixit Quinqꝫ iuga boū
emi.⁊ eo ꝓbare illa.rogo te habe me excu/
ſatū. Tertiꝰ dixit. Uxorē duxi.⁊ iō nō poſ/
ſū venire. Primꝰ deſigt ſuperbos qui pro
ambitionibꝫ terreni dominij et dignitatis
terreſtris gloriam amittunt regni celeſtis
Iſte in ſua excuſatione bene ſe fatetur fa/
tuum fuiſſe.qui ſe prius dicit villā emiſſe
qꝫ vidiſſe.facile eñ quilibet fallitur quan/
do illud emit quod ab eo abſconditur. Et
certe ſi homo videret et conſideraret quid
eſt in dignitate dominij temporalis illud
non emeret nimis care . quia videret eius
breuitatem . Eccleſiaſtici decimo. Omnis
potentatus breuis vita.ſic rex hodie eſt et
cras non erit. Secundo ſi diligenter con/
ſideraret videret precipitij grauitatē .quia
quanto ſtatus altior.tanto caſus grauior.
Cecidit eñ Petrus ſed ab infimo.iđo ci/
to reſurrexit. Cecidit Dauid ſed de plano
eo qꝫ ſe in altum non erexit . Iuxta illud.
Pſal. Domine non eſt exaltatum cor meū
Et ideo cito reſurrexit. Cecidit Adam ſed
de alto.quia de paradiſo.iđo cum difficul
tate eſt erectus . Cecidit et Lucifer ſed de
celo altiſſimo.ideo nūqꝫ reſurgere potuit.
Secundus excuſans ſe ſignat auaros q̄
dicit. Quinqꝫ iuga boum emi . per quinqꝫ
iuga boum intelligūtur quinqꝫ ſenſus ex/
teriores corporis. Et dicuntur iuga ſcđm
Gregoriū propter coniunctionē duplicis
inſtrumenti cuiuſlibet ſenſus. Duo enim
ſunt oculi.due aures.⁊c. Sicut igitur bo/
ues terram verſant.ſic auari circa terrena
continue delectantur. Delectabilior enim
eſt auaro burſa argenti ad videndū qꝫ cor
pus chriſti . Et iſte fatuus eſt ſimiliter vt
primus.quia non probauit prius qꝫ emit.
Cum tamen dicitur de ſapiente. Conſide
rauit agruꝫ ⁊ emit illū. Tertius excuſans
ſe ſignat luxurioſos.qui dicit Uxorē duxi
et ideo nō poſſum venire. Non enim cōiu/
gati excluduntur a cena ſed aliqualiter re
tardant. Unde ille dicitur vxorem duxiſſe
qui tota affectione ſe tradidit voluptati.⁊
talis ad cenam celeſtem non poteſt venire
nec debet. nec eſt dignus.nō poteſt ire. qa
eſt compeditus.nō debet.quia eſt fetidus.
nō eſt dignus.quia eſt ſordida veſte indu/
tus. Et quia tot ſunt qui ſe excuſant. ideo
licet multi ſūt vocati.ſꝫ pauci electi. Mat
thei.xxij. In figura huius Numeri.xxi.
legimus qꝫ de ſedecim milibꝫ hominū nō
ceſſerūt in partē domini niſi triginta due
anime. Ultimo videndū eſt que ſunt puni
tiones excuſatorꝝ.⁊ ſunt tres. ſegregatio a
conſortio beatorꝝ. Unđ. h. Nemo virorꝫ illo
rū guſtabit cenam meā. Secundo ſubſan
natio et improperiū peccatorū.quia in iu/
dicio deus et angeli et homines et demo/
nes ſubſannabūt ⁊ deridebunt pctōres q̄
diuinas vocatōes neglexerāt Prouer.pmo
Uocaui ⁊ renuiſtꝫ.ego qꝫ i interitu vro ri/
debo. Tertio cruciatio ꝑpetua tormētorꝝ.
Iſa.vltio. Eligā illuſiōes eorꝫ.⁊ q̄ timebāt
adducā eis.qꝛ vocaui ⁊ nō erat q̄ rñderet.
Nō ſic de bonis et iuſtꝫ q̄ deū vocātē audi
unt per obedientiā preceptorum .hij in ce/
lo ponent lucentes ſicut ſtelle in perpetu/
as eternitates Baruch.iij. Stelle vocate
ſunt et dixerunt.aſſumꝰ.⁊ luxerunt ei cum
iocunditate qui fecit illas . Nos ergo frēs
chariſſimi nō habeamꝰ iſtas excuſationes
ſed ad cenam perpetuam properemꝰ. Ad
quā nos ꝑducat ⁊c.

Dn̄ica ſcd̄a poſt trinitatꝭ. II
Sermo. LXXXVII

**Uxorem duxi et** ideo nō poſſum venire. Lu. xiiij. Sicut dicit Gregorius Moraliū xxij. Bonū eſt ꝯiugiū ſed mala ſunt ea que circa ea illud ex hmōi cura ſuccreſcūt. Dū ꝗ tenent illud q̄d nō nocet. ex reb⁹ iuxta po ſitis cōmittit plerūqꝫ q̄d nocet. ſicut ſepe rectum mundūqꝫ iter ꝑgim⁹ ⁊ tn̄ iuxta iter vepribus ꝑ veſtimēta retinemur. in via q̄dez mūda nō offendimur ſꝫ a latere neſcitur q̄ pungamur. Hec ille. Ex q̄b⁹ v̄bis patet ꝙ licet matrimoniū in ſe ſit bonū. ⁊ a deo ad bonū finē inſtitutū. tn̄ ſepe ꝑ abuſum hu manū vertit in ꝑniciē. ita vt q̄d fuerat inuē tū ⁊ ꝓuiſum ad vtilitatē ſalutꝭ. ſi indebite fuiſſet ſeruatū fiat occaſio dānatōis. dum male ⁊ inordinate i eo viuit. cū omiſſa dul cedine celeſti ad quaꝫ ſuſpirare ⁊ aſpirare hō debuerat totū ſe delicijs terrenis ⁊ vo luptatib⁹ immergit. Ex q̄ ꝓuenit vt tal' ad celeſtes delicias vix ꝑueniat. Iſtud patet i iſto de q̄ euangeliū hodiernū refert. qui ni mio vxoris amore cōplex⁹ ad cenā celeſtis ꝯſolatōis ſe nō poſſe venire aſſeruit dicēs Uxorem duxi et ideo non poſſum venire. In iſtis verbis diſſuadet nobis nō cōiu giū carnale ſed voluptas carnalis. q̄ ſepi⁹ in ꝯiugio cōtingit. Et ideo nemo putet ꝑ ſaluatorē nr̄m. hanc ꝑabolā in detractōeꝫ aut ſuggillationē matrimonij legitimi fu iſſe ꝓpoſitā. ſed potius in ꝯfutatōem et cō fuſionē illoꝝ q̄ bonis rebus male vtentes terminos cōceſſe libertatis excedūt. Un̄ dicit Greg. ꝙ ſicut ſepe in alijs locis ſacre ſcripture. ita ⁊ h̄ ꝑ rem iuſtā ſignificat res iniuſta. vt ꝑ carnale ꝯiugiū voluptas car nalis immoderata. Circa cuius repſſionē tria ſunt ꝯſiderāda. Primo de voluptatis vanitate trāſitoria. Scd̄o de ipſius ſagaci cautela. Tertio de ipi⁹ ꝑuerſitate nociua. Primū tangit in eo ꝙ dr̄ Uxoreꝫ. Scd̄m in eo cū addit duxi. Tertiū in eo q̄d adiū gitur. non poſſum venire. ⁊c̄.

A

**Dixi primo** ꝙ circa repreſſio nem carnalis vo luptatis conſiderandum ꝑmo occurrit de ipſius vanitate tranſitoria. que notatur in eo ꝙ dr̄. Uxorem duxi. Et ꝯgrue ꝑ vxoreꝫ intelligit carnalis voluptas propter trīa. Primo quia ſicut vxor eſt naturaliter crea tura fragilis ⁊ debilis. ymo quodāmodo mortuis ſimilis. Iuxta illud. j. Thimo. v. Uidua in delicijs viuēs mortua eſt. Dicit gloſa. Non ſobrie viuēs vita nature. mor tua eſt vita gratie in anima. Cuius ſepul crum eſt corpus in delicijs vacās Ro. viij. Si ſm̄ carnem vixeritis moriemini. Se cundo voluptas carnalis compat vxori. quia ſicut ꝑ neceſſitate vxoris multe impē ſe ſūt neceſſarie. ſic ꝑ voluptate carnali cō ſequenda multis opus eſt vanis ⁊ ſecula ribus q̄ntas iſti vigilias. timores. expen ſas. ſollicitudines faciūt vt vitā taliter q̄li ter delicioſe deducant in peccatis carnali bus. Patet hoc in filio prodigo. qui totaꝫ ſuam ſubſtantiā conſumpſit viuēdo luxu rioſe Luce. xv Tertio voluptas carnalis comparatur vxori. Sicut enim nō eſt ali qua vxor tam bona in qua nō inuenies q̄d conquereres. vt dicit Diogenes philoſo phus. Ita eſt de voluptate carnali. ꝙ non eſt aliqua voluptas ita delicata que nō ha beat amaritudinē admixtā. ⁊ maxime i fi ne. Unde Prouer. v. dr̄ de voluptate. No uiſſima illius amara quaſi abſinthium. et ſicut non eſt nec fuit aliquis qui nō peni teret poſt paruū tempus d̄ vxore deducta vt dicunt cōmuniter vulgares. ita non eſt nec fuit aliquis ita voluptuoſus ⁊ delicijs affluens qui finaliter non peniteret. aut h̄ aut in futuro. Unde de his qui ſaciati ſūt voluptatibus. quomodo in preſenti peni tent dicit Boecius in de conſolatōe in hec verba. Quid autem de corporis volupta tibus loquar quorum appetentia plena eſt anxietatis. ſacietas vero plena penitentie. et exitus triſtes. Hinc Oracius irridet vo luptatem ciborum qui conſumpti relin quunt penam. De conſec̄. diſt. quinta. Ne tales. prout refert Hieronimus ibidem. De his vero qui de talibus penitent in fu turo etiam in inferno dicitur Sapientie q̄nto. Nerunt gementes pre anguſtia ſpi ritus penitentiā intra ſe agentes. Et poſt pauca. Quid igit ꝓfuit nob ſupbia. aut di uitiaꝝ iactātia q̄d ꝯtulit nob. Dic̄ ibi hol goth. ꝙ damnati non ſoluꝫ recognoſcent ſe amando iſta tranſitoria fuiſſe deordina tos. ſed etiam peccata ſua cum imprope rio quodam ſibiipſis obiecto cōfitebūtur

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Unde nõ ſolũ confitebunt̃ ſed etiã ſibiip/
ſis vehementer inſultabũt per ineffabilez
remorſum conſcientie ſue. Sed tarda eſt
iſta penitẽtia et inutil̃. ideo quia tarde fuit
doctus poſt vulnera qui ſibi cauet. Sero
medicina parat̃. dum mala per longas cõ
ualuere moras. Propter ergo iſtas tres
cauſas merito voluptas carnis dicit̃ eſſe
vana. tum quia fragilis et caduca. tum q̇a
ſumptuoſa. tum quia oneroſa. Ex quibus
arguit̃ eſſe tranſitoria et vana. Hinc Sa/
lomon ait Eccleſiaſtes p̄mo. Vanitas va/
nitatũ et omnia vanitas. Exponit Hugo
de vanitate mutabilitatis. que eſt in rebus
iſtis. ſiue q̇a inanes ſunt. ſiue q̇a tranſito/
rie. ymo in eo vane ſunt. q̇a oſtendunt q̇d
nõ habent. In iſto vane ſunt. q̇a nõ p̄ma/
nent in eo quod habent ibi. Vane ſunt q̇a
ſolã formã habẽt. eſſentiã nõ habent. Hic
vane ſunt. q̇a ſi aliquã eſſentiã habent. ſed
ſubſtantiã nullã habent. Illic vane ſunt.
q̇a ſine veritate ſpeciẽ apponũt. Hic vane
ſunt. q̇a ſtatim precedũt et tranſeũt. Hec
Hugo. Ex quibꝫ poteſt trahi deſcriptio cõ
munis. Q vanũ eſt quod nõ prebet fruc/
tum famulanti. nec fulcimen innitenti. nec
pulcritudinẽ cõtinenti. Et q̇a om̃ia in q̇bꝫ
mũdani querũt voluptatẽ ita caduca ⁊ va
na et deficientia ſunt. patet ꝙ q̇ ea diligũt
nõ ſolũ vani ſed ip̄a vanitas facti ſũt Iux
ta illud Hieremie. ij. Ambulauerunt poſt
vanitatez. et vani facti ſunt. Unde clamat
ꝓpheta. Filij hominũ vſqueq̇ graui corde.
vt quid diligitis vanitatem et queritis mẽ
daciũ. Imo nõ ſolum tales dicunt̃ amare
mendaciũ. ſed etiam dicunt̃ inſanire. Un/
de propheta. Beatus vir qui non reſpexit
in vanitates et inſanias falſas. Patet igi/
tur ꝙ tota voluptas ſeculi ſiue conſiſtit in
opulentijs et diuitijs. ſiue in delicijs et la/
ſciuijs. non eſt niſi vanitas. Unde Salo/
mon enumeratis multis talibus ſcꝫ edifi
ciorũ et habitaculoꝝ amplificatione ſerui
entiũ et famulantiũ multiplicatiõe. armẽ/
torũ numeroſitate. theſaurorũ multiplica
tione. in quibꝫ om̃ibꝫ dicit ſe habundaſſe.
Statim ſubdit. Cũq̇ꝫ conuertiſſez me ad
vniuerſa opera et ad labores in quibꝫ fru/
ſtra ſudaueram. vidi in om̃ibꝫ vanitatem.
Ecce natura voluptatis que in ſe eſt vana
et tranſitoria. Et tñ de primo.

¶ S ¶

Dixi ſecundo ꝙ circa repſ/
ſionem car/
nalis voluptatis attendenda eſt maxima
cautela. Sicut enim dicit iuriſconſultus.
Ubi maius periculũ imminet. ibi cautiuſ
eſt agendum. Et quia omnia fere peccata
procedunt ex voluptate et delicijs mundi
eo ꝙ ſunt quaſi quedã impedimenta ſpiri/
tualis exercitij. vt dicit Bernhardus ſer/
mone. xxxiij. Corpore eñ molliori reddi/
to ⁊ delicato neceſſe eſt etiã animã precipi/
tari ex corporis morbo. Inquit Chryſo.
ſuper epiſtolã ad Hebreos Omelia. xxix.
Et ideo magna cautela opus eſt ad occur
rendũ eidẽ. Sũt aũt tria p̄cipua que nos
cautos faciũt circa voluptatẽ carnalem et
vanitatez huius mũdi. Prima cautela eſt
aliqualis ſubtractio. nõ ſolũ illicitorum ⁊
prohibitorũ. ſed etiã licitorũ neceſſariorũ
et cõceſſorũ. Nam et ſi om̃ia poſſent licere
nõ om̃ia tamẽ expediũt. vt dicit apoſtolus
Unde dicit Richardus in libro de contẽ
platione. Nunq̇ꝫ affectus noſter ad deſide
rium eternoꝝ p̄fecte accendit̃. nec intellec/
tus ad celeſtiũ contemplationẽ p̄fecte acui
tur. niſi cura carnis etiã in licitis et neceſ/
ſarijs frequẽter et fortiter repellat̃. Hec il
le. Et certe ſic videmꝰ ad ſenſum ꝙ hij qui
tempate viuũt et moderate. non de facili
poſſunt inclinari aut deduci ad volupta/
tes que in quadam ſuperfluitate reſoluun
tur. qui et ip̄i de neceſſarijs ſibi et licitꝭ mľ
ta ſubtrahunt. Secũda cautela eſt repul/
ſio quarũlibet deliciarũ in principio. Na
ſicut ait Seneca Epiſtola. xxviij. Hij qui
ſe voluptatibus iungũt et in cõſuetudinẽ
deducũt nõ poſſunt eis poſtea carere. Ad
hoc eñ vſq̇ꝫ perueniũt miſerrimi vt illis q̇
ſuperuacua fuerũt ſunt neceſſaria. ſeruiũt
itaq̇ꝫ voluptatibꝫ ſuis. Tales non fruũtur
et mala ſua quod malorum eſt vltimum
amant. Hec Seneca. Et ideo dicit Augu
ſtinus libro ſexto de muſica. Q conſueti
do eſt quaſi affabricata nature. Reſiſtẽdũ
ergo eſt in principio talibus. ne homo ve/
niat in conſuetudinẽ. Nam poſtea vincere
cõſuetudinẽ dura eſt pugna. Inq̇t Aug⁹.
ſuper pſ. xxx. Et hec eſt ratio. quia vt dicit
Holgoth ſup librũ Sapientie caplo. xi.
Cõſuetudo magnam habet violẽtiã incli/
nãdo voluntatẽ ad ſe. Et idẽo ſicut optimũ
eſt aſſueſci ad bonas cõſuetudines et vir/

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tioſas. ita periculoſum ⁊ peſſimuȝ aſueſci
ad vicia. Unde narrat Ualerius lib. vij.
cap. ij. in fine. Q cretenſes cū acerbiſſima
execratione vti voluerunt aduerſus eos
quos vehementer oderunt. optāt vt ma/
la conſuetudine delectent̄. moleſtoqꝫ voto
grauem efficaciſſimū vltionis aduentum
reperiant. Hec ille. Et Auguſtinus libro
vij. Confeſſionū. capitulo q̄nto conquerit̄
de mala conſuetudine que eum tenebat in
errore plurimo tempore. ita ꝙ de conſue/
tudine facta fuit peccādi neceſſitas. Refert
Maximus in ſermone de ſancto Johan
ne baptiſta. quendam ſapientem dixiſſe.
Bene conſueſcere pudebit diſſueſcere. Et
iterū. Bona loquamur. tranſiet ſermo in
effectum. Ecce q̄s malum eſt malis cōſue/
ſcere. Unde metrice dicitur. Qui nō aſue/
ſcit virtuti dum iuueneſcit. A vicijs neſcit
diſcedere quando ſeneſcit. Tertia cautela
eſt conſideratio omniū indecentiū ad hoc
cooperantiuȝ. Omnia eñ hic bene conſi/
derata diſſuadent. et nō promouēt volup/
tatem. Et primo locus in quo ſum⁹. Qui
ſm Auguſtinū eſt locus miſerie et vallis
lachrymarū in quo magis flendū eſt quā/
to min⁹ flem⁹. Secūdo temp⁹ in quo ſum⁹
Uniuerſum eñ temp⁹ preſentis vite vigi/
lia quedaȝ eſt ſolēnitatis magne et eterni
ſabbati q̄d preſtolamur. Uigilia enim nō
eſt temp⁹ deliciarū. ſed feſtū. Inquit Uuil
helm⁹ de lata petra. Tertio diſſuadet hoc
chriſtus cū ſuis ſanctis qui om̄es elegerūt
illud quod carni eſt moleſtius. Et quiſq̄s
aliud docet aliud ſuadet ab eo tanq̄ꝫ a ſe/
ductore eſt cauendū. dicit Bernhardus.
Quarto diſſuadet hoc carū breuitas. qa
breues dies hominis ſunt. Inquit Job
xiiij. Quinto earȝ indignitas. Dicit eñ Se
neca. In voluptate nichil eſt magnificuȝ.
aut quod naturam proximaȝ deo doceat.
Non eſt animi virilis ſed puerilis volup/
tates carnis amare. Iuxta illud Geneſis
xviij. Poſtq̄ꝫ conſenui. voluptati operā da
bo. dixit Sara vxor Abrahe. Sexto diſ/
ſuadet hoc indigentia proximorū dicen/
tium. Nobis inquiunt fame. ſiti. nuditate
et frigore laborantibus. quid conferūt tot
mutatoria vel extenſa in perticis. vel plica
ta in manticis. Noſtrum eſt quod effundi
tis. nobis crudeliter ſubtrahitur quod in
utiliter expenditur. Ideo inueniūt curio/
ſi quo delectentur et non inueniūt miſeri
quo ſuſtententur. Inquit beatus Bern/
bardus in quodam ſermone. Septimo
diſſuadet hoc voluptatum vanitas. Eccle
ſiaſtes duodecimo. Adoleſcentia et volu/
ptas vana ſunt. Uanū eſt quod non con/
fert plenitudinem continenti. Unde Hie
ronimus dicit in quadam epiſtola. Sem/
per voluptas famem ſui habȝ. ac trāſacta
non ſatiat. Hinc dicitur Eccleſiaſtes p̄mo
Non ſatiatur oculus viſu. nec auris audi
tu. Ubi dicit Hugo. Q totus mund⁹ non
ſufficit cordi humano. nec cor humanum
ſufficit toti mundo. Omnis enim ſanitas
omnis pulchritudo. omnis iocūditas re/
rū conditarū afficere poteſt cor humanuȝ
ſatiare non poteſt. niſi illa dulcedo ad quā
factū eſt. Iuxta illud Grego. in moral. xx/
vj. ante finem. quia ad deū appetendū ani/
ma facta eſt. iure ei non ſufficit quicq̄d de⁹
non eſt. Hec ille. Octauo diſſuadet ħ im/
puritas voluptatis. Nam vt dicit Boeci⁹
tertio de conſolatione. dulcedo humane fe
licitatis multis amaritudinibus reſper/
ſa eſt. Ex quibus omnibus patet ꝙ q̄cun
q̄ꝫ bene conſiderauerit cōditiones huius
miſerabilis voluptatis reſiliet ab eis Iux
ta illud Naum. iij. Omnis qui te viderit
reſiliet a te.

C a

Dixi tertio ꝙ circa repreſſio/
nem carnalis vo/
luptatis attendenda eſt eius peruerſitas
nociua. Sunt autem multa nocumenta
iſtius miſerabilis voluptatis. Eſt eñ hoc
vicium effeminatiuū potentie virilis. Se
cūdo eſt accumulatiuū doloris et diſplicē/
tie ſingularꝫ. Tertio obfuſcatiuū decoris
et ſapientie ſalutaris. De primo patet hoc
in Sampſone Judicū. xvj. Qui pro eo ꝙ
dormiuit in ſinu Dalide vxoris. per quaȝ
ſignificatur voluptas carnalis. excecatus
eſt. Refert Ouidius. xv. Methamorpho/
ſeos. de fonte ſalinacio. quia talis virtutis
erat ꝙ ſexuȝ abſtulit viro qui ſe balneauit
in illo. Iſto modo eſt de voluptate. Nam
ſi homo virilis balneat ſe in delicijs volu
ptatis effeminabitur et mollietur et ani/
moſitatem amittet. Unde narrat Uale/
rius libro primo. ꝙ Cornelius ſcipio miſ
ſus ad hiſpaniā eo momēto q̄ intrauit ca/
ſtra edixit vt oīa q̄ cauſa voluptatꝫ cōpata

erant aufferrent ꝛ ſubmouerent. Unde ſi
mul ꝛ ſemel duo milia ſcortoꝝ legunt ab/
iſſe ab exercitu romanoꝝ. O ꝙ prudẽs pn
ceps qui ſic prouidit ſuis exercitibꝫ amo/
uendo voluptatẽ. que milites fortiſſimos
effeminat vt agnos. Refert em̃ Ualerius
libro qnto. caplo pmo. de Hanibale duce
Carthagineñ. quem mulier quedam pro/
ditioſe romanis tradidit occidendũ. Cã/
pania inquit luxuria inuictũ Hanibalem
armis complexa vincendũ Romano mili
ti tradidit. Unde fingit Ouidius de arte
amandi libro ſecũdo. Q Mars qui deus
eſt bellantiũ cum venere captus fuit vxo/
re vulcani. inuiſibilibꝫ cathenis. et omnibꝫ
diis celeſtibus in deriſionem oſtenſus.
Cui hiſtorie alludens Hieronimus ad
Ruffũ de vxore non ducẽda. dicit. Mars
qui cum bellãtium deus dici meruit pro/
pter eius maximaꝫ ſtrennuitatẽ nihil ſibi
metuens a vulcano ligatus eſt cum vene/
re inuiſibilibus cathenis. ſenſibilibus tñ.
Hoc autem ad applauſum feminaꝝ ꝛ cele/
ſtium curie deriſum vult dicere ꝙ vulcanꝰ
fecit cathenas occultas. quas nõ preuidit
vxor eius. et poſuit eas in lecto. in quibus
cum Mars intraſſet lectum captus eſt et
detentus. donec tota celeſtis curia eũ cõ/
ſpexiſſet. Et ideo dicitur Iob. xxxvi. Mo
rietur in tempeſtate anima eorũ et vita eo
rum inter effeminatos. Iſtud patꝫ expreſ/
ſe de Holoferne. de quo hiſtoria Iudith
xiii. Secũdo iſtud viciũ eſt accumulatiuũ
doloris vel meroris et diſplicentie. Natu/
raliter em̃ poſt voluptatem ſequitur triſti
cia. Sicut deducit Boecius. iii. de conſo.
proſa ſeptima. Unde infra metro ſeptimo
ſequenti cõparat eam api. que primo fun/
dit mel. et poſtea aculeum recedendo infi/
git. Hoc bene attendit Demoſtenes phi/
loſophus a quo cũ Lays meretrix ſolẽnis
de Corintho centũ talenta petiit pro con
cubitu. ille in celum ſuſpiciẽs ait. Nõ emo
inquit tanti penitere. quod tamen neceſſa
rium foret ſi tua fruerer voluptate. In ſig
num huius fingit Ouidius ꝙ virgo que/
dam nomine Mirthaponis deſiderauit
inceſtum et deſideratũ perpetrauit nutri/
ce adiuuante. tandem cũ eſſet perceptũ fu/
gatur a patre et in tantã triſticiã incidit ꝙ
a fletu ſuſpiriis et gemitibꝫ alterata mor/
tua eſt. in ſignum huius ꝙ voluptatem ſe/
quitur dolor gemitus et ſuſpiriũ. Tertio
iſtud viciũ eſt obfuſcatiuũ decoris ꝛ ſapiẽ
tie ſalutaris. Huius exemplũ habemus ĩ
Salomone. qui licet ſapientiſſimꝰ tamen
voluptate carnis deceptus ad hoc perdu/
ctus eſt ꝙ ꝑ ydolatriã quã ratione amoris
concubinarũ ſuarũ exercuit totam gloriã
ſuã confudit. Unde dicitur de eo. Dediſti
maculam in gloria tua. Cui hiſtorie allu/
dens Hieronimus ad Ruffum dic. Sol
hominũ Salomon theſaurus deliciarũ
domini. ſapientie ſingulare domiciliũ craſ
ſo tenebrarũ fuſcatus atramento lucẽ ani
me ſue. odorem fame. gloriam domus ſue
amore mulierum amiſit. Et ſic ex membro
dei mutatus eſt in membrũ diaboli. Sũt
et alia plura nocumenta huius vicii. intã
tum em̃ nocet hoc vicium ꝙ homo ꝗdam/
modo occaſionaliter ex eo moritur vel ſal/
tem infirmatur. vt dicit Seneca. Hoc au
tem fit per conſuetudineꝫ. vt dictum eſt ſu
pra. Item corpus contra ſpiritum rebel/
lare facit. Qui enim delicate nutrit ſeruũ
ſentiet poſtea ipſum contumacẽ. Et Bern
hardus dicit. Si concupiſcentia ceperit
habere irritamenta fiunt duo contra vnũ
et ſic perit conſcientia. Item a ſapiẽtia in/
tellectum abducit. Iob. xxviii. Non inue/
nitur ſapientia in terra ſuauiter viuentiũ.
Item incompaſſibileꝫ hominẽ facit. ſicut
patet de diuite epulone. qui affluens deli/
ciis noluit miſereri Lazaro Luce. xvi. Et
Amos ſexto. Bibentes vinum et vngen/
to delibuti non compatiebantur ſuꝑ con/
tritione Ioſeph. Ultra omnia predicta ſ
poſtremo malum facit. quia in penaꝫ eter
nam cõmutatur. Apocalipſ. xviii. Quan/
tum glorificauit ſe in deliciis. tantuꝫ ei da/
te tormentum et luctum. Ex quibus patet
quare voluptas carnalis eſt fugienda que
tanta mala infert. non ſolum anime. ſed et
corpori. et ex qua omnia mala ſicut ex fon
te procedunt. Hec ergo eſſent nobis ante
oculos mentis proponenda. Hec memo/
riter retinenda et ſepius ore recitanda. vel
ſcriptis relegenda. preſertim quando ani/
mus noſter ad voluptates corporis incli
natur. Attendentes finaliter. ꝙ ſi centum
annos ymo decies centum annos volu/
ptatibus demus. quaſi vnius noctis ſom
nũ ad eternitatis comparationem vide/
bunt. Inquit Abryſ. de reparatiõe lapſi.

Denus ergo operā delicijs ſpũalib⁹ que
ſunt opera ſancta ⁊ mũda. De q̃b⁹ in pſal.
Et nox illuminatio mea in delicijs meis.
Gloſa. Per delicias per quas quidē de/
licias peruenit ad delicias ſempiternas.
De quib⁹ Geñ. xlix. dicitur. Prebebit inq̃t
ſcʒ ipe xp̃s. delicias regib⁹. id eſt. omnibus
electis in regno ſuo habitantib⁹. Ad quas
nos perducat ipſe q̃ p ſecula viuit Amen.

Dominica tertia poſt trinitatis. I
Sermo. LXXXVIII

## Hic peccatores re

cipit. Luce. xv. Sicut dicit Aug⁹.
ſuper Johannem Attulit chriſt⁹
veritatē vt doctor. manſuetudinē vt libe/
rator. iuſticiam vt cognitor. Vult dicere
Auguſtin⁹ q̃ xp̃us om̄ib⁹ om̄ia factus eſt.
Ignaris vt doctor veritatis. peccatoribuſ
manſuetudo vt liberator. iuſtis merces vt
cognitor. et meritorũ inſpector et ponde/
rator. ſicut de eo ſcriptum eſt. Spirituū
ponderator eſt domin⁹ Prouerbioꝝ. xvj.
Cum igitur peccatores cognouiſſent chri
ſtum doctorē veritatis et manſuetũ libera
torē. hoc eſt relaxatorē ⁊ remiſſorē huma/
ne iniquitatis. merito appropinquabāt ad
eum ſcientes illud de eo. quia qui approp/
inquant pedibus eius accipient de doctri
na illius. Deutro. xxxiij. Sicem hortaba/
tur Dauid diu ante dicēs. Accedite ad eũ
et illuminamini. et facies veſtre nō confũ/
dentur. Et certe nō cōfundentur appropi/
quantes ad xp̃m. quia nō repellet domin⁹
plebem ſuā. ſed recipiet eam per gratiam
ſuā quicūq̧ ad eum acceſſerit. ſicut ipſe de
ſe dicit Johan. vj. Eum qui venit ad me
nō eiciam foras. ſed benigne recipiā ⁊ pec
cata dimittā. Ad hoc enim veni in mũdũ
vt quererem et ſaluum facerem q̃d perie/
rat. Unde dicit Auguſtinus ſuper Johā
nem in gloſa ſuper epiſtolam. j. Thimo. j.
Q chriſtũ ad terram nō traxerũt merita
noſtra. ſed peccata noſtra. Et Ambroſius
ſuper Lucam dicit. Q chriſtus iuſtus ve
nit ad nos peccatores. vt ex peccatoribus
faceret iuſtos. pi⁹ venit ad impios. vt nos
faceret pios. humilis ad ſuperbos. vt ex
ſuperbis faceret humiles. Hec ille. Verũ
licʒ chriſtus ad hoc venerit vt peccatores
lapſos repararet. errantes corrigeret. in/
firmantes adiuuaret. vt dicit Beda ſuper
Cantic. libro. iij. Ac per hoc iuſte ⁊ ſancte
faceret. quia operi ad quod a patre miſſus
fuerat inſiſteret p̄ſertim peccatores ad ſe
trahendo. quos vt benignius alliceret ad
penitentiā. cum eis etiā manducare cōſue
uerat. tamē phariſei zelo ducti inuidie cō/
tra chriſtum moliētes inſidias de omni/
bus ſuis ſiue dictis ſiue factis ſcandaliſa
ti omnia ſiniſtre interpretantes calumnia
bantur. Unde non valentes facta ſue be/
nignitatis aliter inficere ſaltem murmu/
rabant contra chriſtum peccatoribus cō/
uerſantem dicentes. Hic peccatores reci/
pit. vt dicit euangelium.

In illo tempore. Erant appropinquan/
tes publicani et peccatores vt audirent il/
lum. In verbis iſtis fit mentio de triplici
perſona. ſcʒ qui ea dixerũt. ſecũdo contra
quē. tertio in cuius iniuriā. Fuerũt eñ di
centes ſcribe et phariſei. Chriſt⁹ autē fuit
dei filius ↄtra quē ea dixerunt. peccatores
aũt qui ad xp̃m conuenerant magnā iniu/
riā ex verbis illis patiebant̄. Et ſic tria hic
ſunt cōſideranda q̃ fuerũt in iſtis trib⁹ p/
ſonis. In phariſeis fuit zelus malus cum
eſſent inimici xp̄i occulti. et h̄ triplic̄ vicij
ſcʒ inuidie. murmuris. ⁊ detraction̄. Vñ
hic dicit̄. Et murmurabant ſcribe et pha/
riſei dicentes. quod vtiq̧ fuit ex inuidia.
per modum detractionis. In xp̃o fuit mi
ra pacientia. prudentia. ⁊ benignitas. per
modum pie miſerationis. In peccatorib⁹
fuit mira ⁊ deuota affectō. p modũ ſalutiſe
re ad deum cōuerſionis. Que tria ſic tan/
gunt̄. Nam de phariſeis dicit̄ q̃ murmu/
rabant de xp̃o q̃ recipiebat et reſpōdebat.
de peccatorib⁹ q̃ appropinquabant.

A

**Dixi primo** q̃ in verbis pre/
miſſis deſcribit̄
conditio phariſeoꝝ in quib⁹ fuit zelus ma
lus triplic̄ vicij. ſcʒ inuidie. murmuratōis
⁊ detractōis. Chriſt⁹ ſiquidē habuit in ſe
tria elegantiſſima que iudei equanimiter
ferre non poterant. cum eſſent peruerſi ⁊ ini/
quitate pleni. ſcilʒ ſancta deſideria. ſancta
verba. ſanctiſſima opera. Deſideria itaq̧
erant ſancta. ita q̃ nō potuit aliquid aliud
deſiderare q̧ q̃d deũ patrē ſciret velle. Vñ
de eo d̄r in Pſalmo. Deſiderium anime eius
tribuiſti ei. Deſideriũ aũt xp̄i non erat ali/